

*Syene in eodem lapide in quo N. 8899 (III S. 14147, 2 Mommsen vidit ectypum). — 1) A. 98 (vel 99; tertium consulatum iniiit Traianus kal. Ian. a. 100; numerus tribuniciae potestatis videtur omissus esse). — 2) Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 70 n. 483; Cantarelli la serie dei prefetti d' Egitto I p. 39. — 3) Tres hae cohortes memorantur etiam in diplomate militari supra N. 1996, eademque in titulis Talmi repertis, prima Hispanorum Cagnat inscr. Gr.-Rom. I n. 1345—1347 (ubi sane numerus non additur); secunda Ituraeorum ib. 1348; prima Thebaeorum ib. 1334. 1335. 1350 seq., prima Hispanorum fortasse etiam III 50 (cf. Add. ad N. 1996), secunda Ituraeorum etiam supra N. 8899, prima Thebaeorum supra N. 2483.*

**8908** pro salute imp. Caesaris | Traiani Hadriani Aug. | domini n. voto<sup>1</sup> Serenus | aram inst[r]u[x]it Iovi. Biduo | secutus Agriophagos<sup>2</sup> nequ[is]simos, quorum fere pars maior in pugna perit, neque vulnera | [n]eque crei . . cile<sup>3</sup> praedamque totam cum camelis apstulit. Ὑπὲρ σωτηρίας αὐτοκράτορος Καίσαρος | Τραιανοῦ Ἀδριανοῦ Σεβαστοῦ τοῦ κυρίου, | Σουλπίκιος υἱὸς Γναίου Κουρίνα | Σεργῆος Ἀγριοφάγους δειν[ο]τ[ε]ρ[ο]ς . .

*Thebis Aegypti (Cagnat inscr. Gr.-Rom. I 1207 descr. S. de Ricci). — 1) Sulpicium primum editum erat. — 2) Cf. Plin. h. n. 6, 195; Peripl. maris Erythr. 2 (Geogr. min. I p. 258 Müll.). — 3) Locus corruptus; expectaveris: neque damnum accepit, vel simile quid (Clermont-Ganneau).*

**8909** imp. Caes. divi Trai. Parth. f., | divi Ner. nep., Trai. Hadri. | Aug. pontif. max., tr. pot. XXIII<sup>1</sup>, | cos. III, p. p., et imp. T. Ael. Caes. Antonino<sup>2</sup>, Trai. Hadr. Aug. f., divi Trai. | Parth. nep., divi Ner. pronep., tr. pot., | n. burg. et veredario.<sup>3</sup> Daciae inf., sub | Fl. Constante proc. Aug.<sup>4</sup>

*Prope Kopaceni ad Alutam superiorem, in rudibus castrorum Romanorum una cum N. 9180, rep. (III S. 13795 misit Tocilescu arch. ep. Mitth. 17, 1894 p. 224). — 1) Sic traditur errore aut eius qui descripsit aut quadratarii. — 2) Cf. supra N. 331. — 3) Numerus burgariorum et veredariorum. Cf. infra N. 9180. — 4) De procuratoribus Daciae inferioris cf. Premierstein Wiener Eranos z. Phil.-Versamml. in Graz (1909) p. 256. Idem procurator III 12602 cf. 13793. 13794. Idem postea praefectus praetorio, teste titulo infra N. 9000.*

**8910** imp. Caesari divi Hadriani fil. | divi Traiani Parthici nepoti | divi Nervae pronepoti | T. Aelio Caesari<sup>1</sup> Hadriano Antonino Aug. Pio<sup>2</sup> | per C. Avidium Heliodorum praef. Aeg.<sup>3</sup> et | M. Oscium Drusum praef. castror., | coh. I Fl. Cilic. equit.<sup>4</sup>, | curam agente T. Aridio Marcellino 7 leg. II Tr. For.

*Syene rep. una cum N. 8899 (III S. 14147, 3 Mommsen vidit ectypum). — 1) Caesaris vocabulum errore repetitum. — 2) Deest patris patriae vocabulum. — 3) Cf. supra N. 2615. — 4) Cf. ibid. not. 1.*

**8911** T. Fulvio (sic) Aurelio | Antonino<sup>1</sup> | imp. Caes. M. Aureli Antonini | Aug. filio | L. Aponius Rufinus | ob honorem seviratus | pec. sua.